



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quòd non catholici, sed schismatici sint lupi. tit. 189

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

mat scriptura 1. Corint. 1. Num. 16. Galat. 5. Si autem
 conceditis peccatum, meritò vos punit Cæsar, qui
 non frustra defert gladium, &cæt. Roman. 13. E di-
 uerſo laborant porius ſectæ, vt catholicum ver-
 um eradicetur &c.

QVOD NON CATHOLICI,

ſed ſchiſmatici ſint lupi.

TITVLVS CLXXXIX.

Rimò, Auguſtinus lib. 2. contra literas
 Petiliani, cap. 83. & 73. Vos ſchiſmatici
 dicitis nos catholicos lupos, & hoc in-
 iuſtè: nos verò vos meritò vocamus lu-
 pos: noſtram partem probare poſſu-
 mus ſcriptura, vos autem non poteſtis probare. Nos
 audimus Chriſti vocem, ſicut ait Ioann. 10. Oues
 mee vocem meam audiunt & ſequuntur, at Chriſtus
 dicit, Eccleſiam ſuam diffuſam per totum orbem,
 Luc. 24. prædicari pœnitentiam &c. inter omnes gen-
 tes, & Mar. vlt. Ite in mundum vniuerſum. Hanc vni-
 uerſalem Eccleſiam agnoſcimus & audimus, & ideò
 oves Chriſti nos ſumus, quia vocem Dei audimus:
 vos autem non agnoſcitis Eccleſiam vniuerſalem,
 nec illam congregatis, ſed more luporum disper-
 gitis, & rapitis oves, ſicut Chriſtus dicit, Lupus ra-
 pite & dispergit. Nos vnã fouemus Eccleſiam: vos
 ex vna facitis plures Eccleſias, id eſt, ſectas. Vos eſtis
 ceteris ſanctiores in pelle ouina, ſed tamẽ lupinos
 vos habere dentes veſtris conuicijs oſtenditis. Vos
 multo diuiſi nõ habetis Eccleſiam &c. Subinde vos
 eſſe oves Chriſti nulla ſcriptura probare poteſtis,
 oves verã in ouili ſepatiuntur reperiri. Ioann. 10.
 vnũ ouile & vnus paſtor. & ſi dicitur: Credimus
 Chriſtum pro nobis natum & paſſum, noſtrum pa-
 ſtorẽ, &c? Reſpõdeo ſi hoc ſufficeret ad vnitatẽ eccle-
 ſiæ & ſalutẽ, in vno articulo fidei conſentire cum ca-
 tholicis

tholicis, sic etiam Iudæi essent de unitate Ecclesie, quia credunt primum articulum fidei, Credo in Deum patrem omnipotentem, &c. sed in alijs deficiunt, non sufficit in aliquibus consentire, nisi & in totis omnibus articulis consentiamus, qui enim in vno deficiit, omnium est reus, Iacob, 2. Nam vnus & ille est Dominus omnium articulorum fidei & præceptorum.

Secundò, obiecerunt etiam Augustino schismatici videlicet lib. 2. contra Petilianum cap. 66. Vos sanguinem sitis nostrum, Absit, inquit August. nos unitatem vestram sitimus, non sanguinem, at instant nos quærimus pacem, August. cap. 70. Si pacem queritis, Ecclesiam vniuersalem agnoscite, quæ est extensa per totum orbem, in illa est pax. Et Christus, qui colligit ex vtroque vnum, pacem fecit, Ephel. 2. Vos ex vna Ecclesia facitis duas, Ismael & Isaac, Galat. 4. & filius ancillæ persequitur filium liberæ.

Tertiò, obiecerunt Augustino, Vos laboratis per Magistratum & Imperatorem extinguere verbum Dei: occidantur & fugentur innocentes viri, Evangelicis ministri &c. August. Epistola 164. Vos sectarij facite verum iudicium, an schisma sit peccatum, an non. Si dicitis quòd non, reclamationem vobis scriptura. 1. Cor. 1. Num. 16. Gala. 5. Si autem quòd sit peccatum, meritò Cæsar punit peccatum publicum & tumultum. Non enim gratis defert gladium, Roma. 13. Tenetur ex officio potestas pacem retinere Ecclesia. Voluntatem quidem habent sectarij occidendi catholicos, sed non permissionem, inquit Augustinus. & Hieronymus Epistola 41. ad Ruffinum: si pacem desideras, arma (sed est, hæreses) deponere: sit vna fides, Ephe. 4. Et pax illis sequetur. Canes latrant pro dominis suis, & ego cur non loquar pro Christo, veritate, & Ecclesia? &c. & inquit: Si aliter amicus tuus esse non possum, nisi & hereticorum amicus fuero, leuius tuas inimicitias quam illorum amicitias sustinebo. Hæc Hieronymus &c.